

peculiaris, constituens filios & amicos
 Dei gratissimos. Nimirum nō delecta-
 tur Deus sapientia, artibus, intellectu,
 facundia, opibus & pulcritudine, si ti-
 morem Dei comitem nō habeant. Di-
 vitiaē sine charitate, ars sine, gratia,
 pulcritudo sine timore Dei, est velut
 umbra sine corpore, palea sine frumē-
 to, fum⁹ sine igne, cortex sine nucleo.
 Timor Dei est ornamentum omnium
 donorum; divitum corona, sapientū
 consiliarius, pulcrorū gratia, fortium
 victoria, principum majestas, filiorum
 disciplina. Hic custodivit Danielelem,
 protexit Joseph, tutat⁹ est Susannam.
 Sine hoc nihil est homo quā arbor ari-
 da, ignis pabulum, vas confractum.
 Deniq; quantacunq; majestas princi-
 pum sit, majore tamen in honore sunt
 qui Deum timent.

Timor
 Dei o-
 mnia
 ornata.

CAPUT XIII.

CHRISTUM ESSE VERUM LI-
 brum vite, doceretq; nos exemplo suae
 paupertatis mundi pompas
 contemnerē.

2. Cor. 8. Scitis gratiam Domini no-
 stri Jesu Christi, quoniam pro-
 pter vos egenus factus est, cum

F 5

esset